



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

Affectuum vis, & præstantia. Capvt Primvm.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)



DE
AFFECTIBVS
LIBER OCTAVVS.

Affectuum vis, & praestantia.

CAPVT PRIMVM.

*Deo in
ve. tis. sic
orator in
affectibus
ambulat.*



Eleberrimum est diuini vatis oraculum, Deum *super pennas ventorum ambulare*; quo dicto, eximia quaedam, veluti aurigantis Dei species, humanis penè subijcitur oculis. No-

ster autem orator, numinis quaedam portio, & excellens imago stupendæ illius maiestatis, affectibus, quasi ventis rapitur, & eos ipsos in auditorum animis excitare solet. Taceant Poetae Acolum suum, qui *luctantes ventos*, & *sonoras* (vt aiunt) *tempestates* moderatur. Et modò quidè coarctet, ac mitigat, modò velut sonitu, & terroribus armatas acies emittit. Nihil oratore admirabilius, qui non modò affectuum, quasi ventorum habenas dare nouit, & restiingere. Verù ipsis penè tonitruis, ac fulguribus, amplo quidem illo, & terribili satellitio circumuallatus, stipatusque esse videtur; quod de Atticæ eloquætiæ principe, non in seipso dixit Lucianus, eù pro satellitibus quasi potentissimū Regem *Ἐπὶ τῶν κ. ὀσπ. ἄς* habuisse memorans. Atq; eius quidè eloquentiæ, quæ in affectibus dominatur, summum est imperiū, nam certus hominū tenet, mētes allicit, voluntates impellit, quo vult, & vnde vult deducit, opem fert supplicibus, excitat afflictos, reis dat salutē, liberat periculis ad summum, mitè quandā tyrannidem in pectoribus

De affectibus Cicero legend. 2 de orat. 105.

Demosib. satellites conuersiones, & tonitrua. Cicero de Orat.

hominum constituit. De hac licet illud Pindari pronunciarè.

*Καὶ τ' ἀρχματῶν κεραυόν σενόνης
Αενάου πυρός, ἔνυ ---
Ἀδδ' ἀνά σκάπη Διὸς ἀετὸς ἴ---
Κεῖαν πτέρυγ' ἀμπετέρω---
Θενχάλαος ἄς.*

Et Iouis cupiditatum fulmen extinguit. & perinacis vigilia Aquilam inducet in soporem, ipsum denique Iouem, intus sensibus delin-tu titillat, & potentius inflectit. Quæ rationes efficiunt, vt affectuum, in sublimi præsertim eloquentia vsus sit frequentissimus, & cognitio pernecessaria, de qua, vt quæ ad Rhetores attinent liquidius pertractemus, nonnulla primum, de affectuum definitione, & causis præmittenda sunt.

Affectuum definitio, causa, diuisio.

CAPVT II.

DEus cum hominem primum fingeret, simul cum anima varios illi affectus, quæ si finuras virtutum cotes indidit, quos si Stoica falce velis rescindere, supitem facies ex homi-

Lactant. l. 4. Affectum cotes virtutum.